FLORA.

63. Jahrgang.

No. 25. Regensburg, 1. September 1880.

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. — P. Gabriel Strobl: Flora der Nebroden. (Fortsetzung.)

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio quarta et tricesima. — Exponit W. Nylander.

1. Pyrenopsis Lemovicensis Nyl.

Thallus fusconiger tenuis subleprosus; apothecia concoloria, bene lecanorina, minuta (latit. 0,2—0,3 millim.), juniora concaviuscula; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,007—9 millim., epithecium lutescens (in lamina tenui). Iodo gelatina hymenialis coerulescens, deinde lutescenti-fulvescens.

Supra saxa granitica ad rivum prope Limoges (Lamy).

Comparanda est cum *P. subareolata* affini, sed ei thallus distinctius subareolatus et sporae nonnihil breviores. Etiam comparari possit *P. concordatula*, quae vero differt thallo magis evoluto, magis fuscescente etc. Facies satis simulat *Collemopsin lecanopsoidem* (quae est Collema *pyrenopsoides* Nyl. Syn. p. 103). Specimen bonum non visum.

2. Lecanora limitosa Nyl.

Forsan subspecies *L. aurantiacae*, thallo stramineo sublaevi, sat tenui, nigricanti-limitato (et lineis inde decussantibus ex speciminibus compluribus contiguis) atque etiam passim hypo-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0389-3

thallo sub thallo iis locis evanescente visibili plumbeo-nigricante; apothecia aurantiaco-ferruginascentia planiuscula subbiatorina (latit. 0,4 millim. vel minora); sporae longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,006—7 millim.

Supra saxa argillaceo-schistosa ad Porto in Lusitania (Newton).

3. *Lecanora conciliascens* Nyl.

Sat similis thallo et apotheciis *L. concilianti*[1]), sed sporis definite tenuioribus (longit. 0,010—16 millim., crassit. 0,005—6 millim.).

Supra saxa micaceo-schistosa, Rottenkogel, in Tyrolia (Arnold).

Thallus cinerascens tenuis subareolato-rimosus. Apothecia nigricantia lecideoidea marginata (latit. 0,5 millim. vel minora). Epithecium et perithecium infuscata, K purpurascenti-reagentia.

4. *Lecanora suspiciosa* Nyl.

Thallus vix ullus visibilis; apothecia nigricantia (humida livido-nigricantia perithecio subpallescente), planiuscula vel convexiuscula (latit. 0,3—0,4 millim.), biatoroidea, immarginata (vel margine interdum in junioribus praesenti); sporae placodinomorphae, longit. 0,010—16 millim., crassit. 0,005—7 millim.,

---

[1]) *Lecanora ferruginea* var. *concilians* Nyl. Lich. Scand. p. 143 tangit *L. nigricantem* Tuck. (quae est *Bl. Pollinii* Mass. et thallum parum evolutum habet). In *L. conciliante* thallus obscure cinerascens granuloso-areolatus, apothecia ferrugineo-fusca vel fusco-nigra, sporae longit. 0,012—17 millim., crassit. 0,006—9 millim.; non eam vidi nisi saxicolam e Norvegia (Schimper) et Scotia (Crombie prope Kincardine). Est *nigricanti* analoga var. *variata* Nyl. Delphin. p. 397 *Lecanorae caesiorufae* Ach., distinguendae a *L. ferruginea* praesertim hypothecio alio. Ad *L. caesiorufam* quoque pertinet f. *cinnamomea* Fr. fil. *Lecanora phaeocarpella* Nyl. Lapp. or. p. 128 (delendum ibi nomen „*nigricans*") magis differt. — *Lecanora exsecuta* Nyl. parum diversa a *nigricante* Tuck.; thallus ei cinerascens subgranulatus, tenuis vel tenuissimus evascens; apothecia fusca (ferrugineo-fusca) plana marginata (latit. 0,5—0,7 millim.), margine nigricante, subconferta; sporae longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,006—8 millim.; in Tyrolia ad Gurgl ab Arnold lecta, distinguenda apotheciis nigro-marginatis biatorinis (sine gonidiis in hypothecio), variansque apotheciis ochraceo-suffusis. — A *L. ferruginea* etiam separanda est quae citatur in Nyl. Nov. Caled. p. 24 et quae novo nomine dicenda est *L. refecta*, dignota apotheciis ferrugineo-aurantiacis, loculis sporarum ad apices retractis (datur in coll. Vieillard no. 1836).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0390-8

paraphyses gracilescentes, epithecium fusco-violascens, perithecium subconcolor vel saepius subincolor, gonidia versus perithecium intra hypothecium protrusa. Iodo gelatina hymenialis bene coerulescens.

Super corticem populi ad Waehae Niva in Lapponia (Norrlin).

Olim eam referendam putavi ad *L. diphyem*, sed revera accedit ad affinitatem *Lecanorae caesiorufae* Ach. Distincta videtur. typo definito proprio apotheciorum parvorum nigricantium, quae omnino sunt biatoroidea.

5. *Lecanora umbrino-fusca* Nyl.

Thallus umbrino-fuscus vel umbrino-nigrescens, tenuis, subcontinuus vel obsolete rimulosus, hypothallo plumbeo subplumoso-radiante saepius circumdatus; apothecia nigra lecideoidea minuta adnata (latit. circiter 0,2 millim.), submarginata; sporae 8nae fuscae ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,006—7 millim., epithecium fuscum, hypothecium incolor.

Supra saxa silicea ad Thetford in Suffolk (Larbalestier).

Videtur species affinis *L. griseo-fuscae* Nyl. in Flora 1875, p. 360; sporis vero minoribus, thallo etc. differens. Apothecia uniora saepe sublecanorina. Spermogonia non visa. Maculas super lapidem fingit obscuras, latit. circiter 5 millim. in specimnibus visis.

6. *Lecanora glauco-lutescens* Nyl.

Thallus glauco-lutescens vel subsulphureus, tenuis, minute granulatus vel subleprosus, hypothallo nigricante parum visibili; apothecia glaucescenti-lutescentia opaca (latit. 1 millim. vel minora), margine thallino subsulphureo integro opaco cincta; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,006—7 millim. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens.

Supra saxa quartzosa ad Porto in Lusitania (Newton).

Species est e stirpe *L. glaucomae* peculiaris, accedens versus *L. sulphuratam* Ach. Thallus et apothecia CaCl erythrinoso-aurantiace reagentia.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0391-3

7. *Pertusaria subdubia* Nyl.

Referens fere *P. dealbatam (corallinam)* Ach., sed thallo laeviore isidioque potius simulante *Pertusariam Westringii*, at abest reactio thallina I ∓, quae occurrit in *P. dealbata* (cujus var. *laevigata* Nyl. Lich. Scand. p. 181 datur in Zw. Exs. 288). Sterilis modo visa.

Prope Heidelberg super corticem betulae (v. Zwackh).

8. *Lecidea lithinella* Nyl.

Thallus effusus vix visibilis; apothecia testaceo-rufescentia (interdum subluridescentia), convexula, immarginata, adnata (latit. 0,3—0,4 millim.), intus subconcoloria; sporae 8nae fusiformi-ellipsoideae simplices, longit. 0,007—8 millim., crassit. 0,003—4 millim., epithecium pallidum, paraphyses non bene discretae, hypothecium subochraceo-lutescens. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens.

Supra lapides arenarios ad Eichstaett (Arnold) et ad Heidelberg (v. Zwackh).

Species e stirpe *Lecideae vernalis*, apothecia facie granula arenaria simulantia. Eam solum obiter, sine definitione, indicavi in Flora 1863, p. 464.

9. *Lecidea vexabilis* Nyl.

Thallus cinerascens granuloso-incrustans tenuis; apothecia carneo-pallida planiuscula marginata (latit. 1 millim. vel minora), margine vix prominulo (saepe extus fuscescente), intus incoloria; sporae 8nae bacillari-fusiformes 3—5-septatae, longit. 0,021—35 millim., crassit. 0,004—5 millim., paraphyses submediocres discretae, epithecium hypotheciumque incoloria. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein violaceo-fulvescens (thecae praesertim tinctae).

Supra terram ad Porto in muro vetusto (Newton).

Species videtur e stirpe *L. bacilliferae*. Spermogonia non visa.

10. *Lecidea microstigma* Nyl.

Thallus vix visibilis; apothecia nigra minutissima (latit. vix 0,2 millim. attingentia, saepissime solum 0,1 millim.), tenuia subimmarginata; sporae 8nae incolores simplices oblongae, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,004—5 millim., paraphyses graciles,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0392-9

epithecium subincolor, perithecium nigricans, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis non tincta (lutescens).

Supra saxa arenaria ad Heidelberg (v. Zwackh).

Species e stirpe *L. neglectae* omnino distincta.

11. Opegrapha xanthocarpa Zw.

Thallus albidus tenuissimus opacus; apothecia pallido-flava vel subcitrina, oblonga vel oblongo-linearia, submediocria (latit. 0,25 millim.), epithecio angusto vix hiascente, intus pallida; sporae oblongo-fusiformes (parte superiore crasssiore), 5-septatae, longit. 0,022—23 millim., crassit. 0,006—7 millim.

In „Carlsruher Schlossgarten" super corticem ulmi unicae (v. Zwackh, 1863).

Affinis videatur *O. pulicari*, sed colore apotheciorum (normali, ni fallor) nimis remota et inter omnes distincta.

12. Chiodecton spilocarpum Nyl.

Thallus cinereus crassus gibberoso-inaequalis (crassit. 2—5 millim.); apothecia nigra innata difformia plana (simplicia latit. circiter 0,2 millim., composita vel confluentia latit. 0,9 millim. et longit. fere 1—3 millim. vel minora), maculas referentia varias (juvenilia subopegraphina), nuda aut suffusa (margine tum tenui interdum nudo nigro visibili), intus atra; sporae 8nae incolores oblongae 3-septatae (superius crassiores), longit. 0,012—16 millim., crassit. 0,0035 millim., paraphyses submediocres, hypothecium nigricans. Iodo gelatina hymenialis vinose fulvescens.

Saxicola in Lusitania ad Porto (Newton), socium *Lecanorae confragosae* * *crassescentis* (Nyl. in Flora 1875, p. 104).

Species peculiaris valde diversa a *Chiodecto subdiscordante*, quod sporis fere convenit. Thallus CaCl erythrinose saltem leviter reagens. Apothecia varie confluentia et diversiformia. Spermogonia incoloria heteroica (ab apotheciis remota), in tuberculis thallinis inclusa; spermatia arcuata, longit. 0,014—18 millim., crassit. non vel vix 0,001 millim. attingentia.

13. Thelocarpon interceptum Nyl.

Forsan subspecies *Thelocarpi epithelli* (vid. Floram 1865, p. 605), a quo differt sporis subglobosis vel breviter ellipsoideis, longit. 0,0025—35 millim., crassit. circiter 0,002 millim. Paraphyses parcae breves (vix medias thecas excedentes).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0393-5

Supra saxa arenaria ad Heidelberg (v. Zwackh).

In *Thelocarpo epilithello* sporae oblongo-ellipsoideae, saepius longit. 0,003—4 millim., crassit. 0,001 millim. (vel variantes paullo crassiores).

14. Verrucaria betularia Nyl.

Thallus vix ullus; apothecia pyrenio dimidiatim nigro (latit. circiter 0,2 millim.), convexa, basi substratum saepius oblonge nonnihil obscure hypophloeodeo-circummaculatum; sporae 8nae incolores ellipsoideae, irregulariter 3-septatae accedente uno alterove septulo intermedio longitudinali, longit. 0,012—16 millim., crassit. 0,006—7 millim., thecae oblongae superius ampliores, paraphyses gracilescentes.

Super corticem betulae in sylva Fontisbellaquea (ad Bellecroix) regionis Parisiensis.

Facie *Verrucariae oxysporae*, analysi autem recedens, ut in definitione data indicatur. Spermatia recta, longit. 0,006—8 millim., crassit. circiter 0,0007 millim. — E stirpe est *V. epidermidis*, ad Lichenes dubios adscribenda.

Observationes.

Homodium subcuspidans Nyl. Thallus plumbeo-obscuratus vel obscure virescens, tenuis, laciniatus, depressus, laciniis subimbricatis varie incisis et saepe apice subcuspidato-digitatis (divisionibus acutiusculis aut angulatis); apothecia fusca adnata (latit. 1 millim. vel minora), margine thallino demum vix visibili; sporae 8nae oblongae vel oblongo-ellipsoideae 3-septatae (accedente uno alterove septulo intercedente sensu longitudinali), longit. 0,028—30 millim., crassit 0,014—15 millim. Iodo thecae, praesertim apice, coerulescentes. — In Lusitania muricola (Newton). — Thallus faciem fere habet *Physciae adglutinatae*. Forsan subspecies sit *Leptogii subtilis*.

Allodium proponere liceat novum nomen pro „Allogonio“ excludendo, nam hoc ante in Algologia adhibitum est.

Cetrariam nigricantem fertilem in Lapponia git Silén. Apothecia fere sicut in *C. odontella*, badio rufescentia, latit. circiter 1,5 millim., margine thallino non prominulo spinuloso; sporis

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0394-1

ellipsoideis, longit. 0,005—7 millim., crassit. 0,003—4 millim. (in *C. odontella* longit. 0,007—0,010 millim., crassit. circiter 0,0045 millim.). Adest ibi etiam var. *spilomophoroides*, analoga varietati *spilomophorae Cetrariae odontellae*, apicibus ramulorum olivacee spilomatose peltatulis.

Lecanora viridirufa Ach. var. sit *scotoplacoides* Nyl., thallo obscure cinereo tenui rimoso-diffracto; apotheciis nigricantibus vel obscure rufescentibus margine nigro (latit. 0,3—0,5 millim.), tenuiter marginatis; sporis longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,005—7 millim. In Gallia, Allier, Néris (Ripart), super saxa granitica. In Lusitania subsimilis (v. Solms), sed thallo pallido evanescente.

Lecanora corrugatula (Arn. Ausfl. XX, p. 357, sub Lecidea, Exs. 803). Thallus cinereus vel obscure cinereus, applanatus, tenuis, areolato-rimosus, hypothallo umbrino-nigrescente passim visibili; apothecia nigra innata impressula minutula (latit. 0,1—0,2 millim.), saepe umbonata; sporae incolores ellipsoideae, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,007 millim. Iodo gelatina hymenialis vinose rubescens. Thallus K —. Spermatia recta longit. 0,004—5 millim., crassit. 0,0005—6 millim. Supra saxa micaceo-schistosa in alpibus Tyroliae (Arnold). Facie, jam observante Arn. l. c., *Lecideae aethaleae* Ach., sed est species affinis *Lecanorae cinereo-rufescenti*.

Lecanora adunans Nyl. in Flora 1874, p. 309, etiam in Lapponia obvenit (Silén), thallo cinerascente, sporis longit. 0,012—19 millim., crassit. 0,006—8 millim., spermatiis bacillaribus (vel obsolete utroque apice subincrassatulis), longit. 0,004—6 millim., crassit. 0,001 millim. Transsylvanica vix differt nisi thallo pallidiore. Apothecia nigra lecideina intus albicantia. Thallus iodo intus lutescens, sicut in *L. Myrini*. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein thecae fulvescentes.

Pertusaria leptospora Nitschk., Zw. Exs. 481, vix sit nisi subspecies *P. multipunctae*, cujus in Gallia epithecia variant pallida et nigricantia interdum in eodem specimine. Ambabus thallus infra I obscure coerulescenti-reagens.

Qui „in verba magistri jurare“ consueti sunt, „Micaream prasinam Fr.“ contendunt identicam cum „*L. prasina*“ Hepp Flecht. no. 278 (mea *L. sordidescente* in Flora 1874, p. 312). Friesiana vero „*prasina*“ describitur „apotheciis globosis lacteis“, quod satis est, ut longe rejiciatur nec quidem comparari possit

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0395-7

cum *L. sordidescente*. Antea hanc perperam adducere volui ad *L. erysiboidem*, sed species sistunt diversas jam gonidiis dissimilibus, licet ea ambabus sunt glomerulosa.

Biatora Bauschiana Krb., Zw. Exs. 279, est *L. infidula* Nyl. in Flora 1868, p. 475.

Bil. marginata Arn. exs. 549b est omnino *L. leucoblephara* Nyl. N. Granat. p. 52.

L. Portuensis dicenda est quam definivi in Flora 1880 p. 12 nomine *Lecidea „Oportensis"*, nam hoc nomen non est rectum.

Parisiis d. 12. Augusti 1880.

Flora der Nebroden.

Von

Prof. P. Gabriel Strobl.

(Fortsetzung.)

VIII. Familie: Cyperaceae DC.

Cyperus fuscus L. Guss. Prodr., Syn. et Herb!, Bert. Fl. It., Parl. Fl. Pal. et It., Gr. God., Willk. Lge.

An feuchten Stellen, längs der Gräben und Giessbäche vom Meere bis c. 600 m. selten: Auf der alten Strasse, die von Cefalù nach S. Anastasia führt, bei Zurrica (Mina mündlich), bei Termini, aber schon ausserhalb des Gebietes (Guss.!), in Flussbeeten bei Polizzi! Meine Exemplare zeigen alle Uebergänge von der Hauptform zur v. *virescens* (Hff.), oft sogar an derselben Pflanze. Juli—Sept. ⊙.

\+ *Cyperus flavescens* L. Presl Fl. sic., Guss. Prodr., Syn. et Herb!, Bert. Fl. It., Parl. Fl. Pal. et It., Cesati etc. Comp., Gr. God., Willk. Lge.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03644-0396-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1880

Band/Volume: 63

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad lichenographiam europaeam 387-394